



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

54. Qui hominem debilitaverit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

evelles eum, ut moriatur. Et in Deuteronomio: Deuter. 19.

Si quis odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ ejus, & surgens percußerit eum, & mortuus fuerit, & fugerit ad unam de supradictis urbibus, mittent seniores civitatis illius, & rapient eum de loco refugij, & tradent eum in manus proximi ejus cuius sanguis effusus est, & moriatur. nec misereberis ejus. Illum itaque quem Dominus dignum morte esse judicavit, quis dicat reum non esse? Quomodo contrarius legi non existit qui hoc quod Deus præcepit castum esse contendit? Sed inter hæc scendum est quod magna distantia est inter legitimum Principem & seditiosum Tyrannum.

De eadem re. *Ex Pœnitentiali.*

L I. Si quis hominem in bello publico occidit, quadraginta dies pœniteat.

De Clerico qui proximum suum occidit.

Ex eodem.

L II. Si Clericus homicidium fecerit & proximum suum occiderit odij meditatione, exul septem annis pœniteat.

De parricidis. *Ex Pœnitentiali.*

L III. Si quis hoc crimen perpetraverit, quidam judicaverunt ut septem annis pœnitet vel quatuordecim pœnitentiam egisset; quidam usque ad finem vitæ, sicut Cain, qui similia perpetraverit.

Ex eodem.

L IV. Qui hominem debilitaverit & de-

234 REGINONIS LIB. II.
formem fecerit , impensas in medicos tribuat,
& maculæ pretium & opus ejus , donec sane-
tur , restituat , & dimidium annum pœnitiat.
Si verò non habet unde hoc restituat , annum
unum pœnitiat.

De truncationibus membrorum. *Ex Con-
cilio Mogontiacensi cap. v.*

Concil. Tolet.
11. c. 6.

Burchard. lib.

i. c. 201.

Vide Pœni-

tentiale Rha-

bani c. 30. a.

pud Ant. Au-

gustinum.

L V. His à quibus Domini sacramenta tra-
stantur judicium sanguinis agitare non licet.
Et ideo magno opere talis excessus prohiben-
dus est ; ne indiscretæ præsumptionis motibus
agitati , aut, quod morte plectendum est, sen-
tentia propria judicare præsumant , aut trun-
cationes quibuslibet personis aut per se infe-
rant aut inferenda præcipiant. Quod si quis
quam horum immemor præceptorum , aut in
Ecclesiæ suæ familiis aut in quibuslibet per-
sonis tale aliquid fecerit , & concessi ordinis ho-
nore privetur & loco , sub perpetuæ damna-
tionis religatus ergastulo ; cui tamen commu-
nio exeunti ex hac vita non neganda est prop-
ter Domini misericordiam.

Quæ debeat discretio Ecclesiarum rectori-
bus esse ne per inconditam disciplinam
subeant homicidij notam.

Additio IV.

Capitular.

c. 6.

L VI. Cùm juxta antiquæ institutionis edi-
ctum plus erga corrigendos agere debeat be-
nivolentia quàm severitas , plus cohortatio
quàm commotio , plus caritas quàm potestas
adhiberi debet.